

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Bibliothèque nationale de France

Plutarchi Chaero

nei De exilio libellus nup er latinus factus/
Angelo Barbato interprete.

Muscae encomium

Luciani/latinum factum Nicolao
Beraldo interprete.



Scipionis Carte

romachi Pistoriensis Oratio de
laudibus literarū græcarū.

107

(3)

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

¶ Nicolaus Beraldus ornatissimo/ ac doctissimo
viro Ludouico Deberquino. S. P. D.



Ebetur tibi/ ac merito q̄de3 debetur
hec Luciani declamatiūcula hūanissī
sime Ludouice. Nā & si Luciani scri
pta oīa studiosissime & legis & āple
cteris/ eius tñ eruditos ac ingeniosos
lulus tāti fecisti semp / vt nihil liben
tius vidisse te vnq̄/ mihi cūctisq̄ predicare soleas. Nup
vero quū Annei Senecę iocū de morte Claudij princi
pis/ & Synesij libellū de laudib⁹ Caluicij vna legerem⁹
aimaduerti ea te gestijisse letitia/ vt opus vtrūq̄ nō mō
statim relegere/ sed ediscere quoq̄ velle videreris. Eras
mo vero tuo quū nūq̄ nō plurimū tribuas/ eius tñ mo
riā/ eius dē scilicet farine (qđ dicitur) opusculū cūprimis
laudas/ de amasq̄/ eāq̄ nō vereris/ ceteris eius dē autho
ris opibus (que vel inimico iudice eruditissima absolutis
simaq̄ sūt oīa) antepondere. Neq̄ vero nouū hoc / ac in
auditū/ naturę solertiā/ vel in minimis quibusq̄ mirari.
Hoc em̄ nostri nō a gręcis modo cōpluribus facitātū/
sed a latinis quoq̄ nōnullis. Nā Cicero quū alibi/ tū ī
libris de natura deorū qđā a d eā rē ptinētia mire p̄seqt̄.
& Plynius de apib⁹ ceterisq̄ insectis scribēs turrigeros
(inqt) elephātorū miramur humeros/ taurorūq̄ colla/
Et truces ī sublie iact⁹/ tigriū rapinas/ leonū iūbas/ quū
rerū natura nusq̄ magis/ q̄ ī minimis tota sit. At nō erat
(inges) id luciano p̄positū. esto/ mirū tñ q̄tope ad id io
cus hīc honest⁹ liberalisq̄ ptineat. Quare in tribāt tibi
suas ceteri vigilias: Ego cessatiūculā hanc meaz/ horēq̄
vnus otiolū bñuolētię erga me tuę & dono & dedico

¶ Vale. Remigius Rufus Candidus plurimam tibi
suo noīne Salutē hīc adscribi voluit / Lutecię kal̄ Oct̄.

¶ Muscæ Encomiū Luciani/latinum factū
Nicolao Beraldo interprete.



ST quidam musca nō minima vo-
lucrum/ si cum culicibus insectisq;
minutioribus conferatur. Ceterum
tāto illis corporis magnitudinē p/
stat/quāto apibus ipsa inferior est /
ac/tenuior. Volat autem, non in cę
terarum volucrum morem/quarum quędam toto plu-
mescunt corpore/alię pernīcibus vtuntur alīs/sed locu-
starum more/itemq; cicadarum apiumq; pennas habet
membranaceas /tanto quidem ceteris exiliores/quanto
gręcanico pallio india vestis molior est ac tenuior. Ac
fulgenter radiat. nec fere aliter q̃ pauones/siquis eam
exporrectis ad solē pennīs attēte diligenterq; aspiciat.
Neq; vero continenti perpetuoq; pennarum remigio
volitat/vtī vespertilioes/necq; rursus cū saltu/vt locu-
ste/necq; cum sibilō/vt vespe:sed apte decenterq; flexa
est/in quamcunq; cęli partem moueatur. Quin & ei p/
prium est ac peculiare haud quāq; volare cū quiete/sed
cum cantu non immīti quidem/qualis est culicum/necq;
grauisono/qualis apium/necq; minaci ac formidabili/
qualis est vespariū: sed tāto illis acrior est ac vocalior/
quāto tuba ac cymbalis tibię sunt concinniores. Quod
vero ad corpus attinet.eius tenuissimū quidem ac ver-
satile caput collo iungitur/non autem protinus adnec-
titur corpori ceu congenitum vtī in locustis est. Porro
sunt ei oculi prominentes; ac pręduri corneiq; /pectus
paucile/pedes educti/non quidem sicuti vesparum/sub-
stricti. Venter vero thoraci nō absimilis cingulis latīs

Muscæ vo-
latus

Muscæ for-
ma

Muscae p-
boscis

Muscae in-
cellus,

Muscae ge-
neratio.

Muscae vi-
ctus,

squammisq; munitur. Nec electo per caudam aculeo a-
pium vesparumq; more pungit ac sese viciscitur / sed
ore ac proboscide. Quam quidem cum habeat elephā-
torum more / pascit quidem ac cibum captat eadem &
mordens comedensq; continet polypi acetabulis mire-
similis. Ex proboscide ipsa deus prominet / quo pun-
gens eductū sanguineꝝ bibit bibit & lac quoq; / dulcis
vero ei cū primis sanguinis potus / idq; nō magno ad
modum dolore eorum qui punguntur. At qui cum sex
habeat pedes / quatuor solis incedit / anterioribus vero
duobus perinde ac manibus utitur. Videas vero eam
quatuor nixam pedibus / ac duabus ceu manibus escu-
lentum quidpiā nō sublime tenentem plane hominum
more. Neq; autem statim talis ab initio nascitur / sed
vermis primum ex humano brutove cadauere pro-
gnatus ac nō multo post pedes pennasq; paulatī emit-
tit / sicq; demum ex reptili volucris efficitur. Fert & ea
vterum / ac vermem parit primum quidem exiguum / q-
mox & in muscam transit. Cum vero nobiscum agat /
eodemq; victu utatur ac mensa / omnia degustat excæ-
pto oleo / pestifer / nō ei olei potus. Ac fragili breuiq;
vita cum sit (est enim angustus ei vitæ modus præscri-
ptus) luce cū primis gaudet / inq; ea exercetur viuitq;.
Noctis vero tempore quietem agit / & a volatu cantu-
q; abstinet / abditaq; quiescit. Eius vero non vulgareꝝ
prudentiam dicere possum / vbi / s / insidiatorem hostē
q; fugit araneum (insidiantem enim illum obseruat / at-
q; ex aduerso prospicit) illius impetum declinans / ne
ab eo capiatur retibus implicita / atq; in eius fere la-
queos incidat. Fortitudinem uero virileq; animi ro /

bur quid attinet dicere: quā eloquentissimus poetarū
Homerus heros strenuum laudare cupiens/ non cum
leone/ aut pardo aprove eius fortitudinem: sed cū mu- Musca apte
la oritur
sce audacia/ intrepidaq; animi/ conatusq; alacritate con-
ferat. Non enim temeritatem muscæ tribuit ille/ sed cō-
sultam providamq; audaciam. Etenim clausa (inquit)
ea non refugit/ sed morsus adpetit. Vsq; adeo vero mu-
scam commendat atq; amplectitur/ vt non semel/ neq;
in paucis carminibus sed frequentissimam de ea men-
tionem fecerit. Vsq; adeo poeticos versus exornat cō-
memorata sæpius musca. Ac nunc quidem explicat/ vi
ea subinde cum cætero grege ad lac volitet/ nunc vero
Minervam a Menelao rela prohibentem (ne in eius
vitalia vsq; adegeretur) nutriculæ ad similes dormiē-
tem alumnū studiose curanti/ muscæ cursus similitu-
dinez aduocat. Epitheto vero pulcherrimo muscas or- Muscarum
epitheton
navit adinas/ i/ crebras confertimq; volanteis cogno-
mina/ earumq; agmen gentes vocans. Ea vero muscæ
fortitudo est/ vt morfu non modo homini cutem/ sed
& bouis & equi consauciet. Nec parum elephantō in-
festa/ est ac molesta/ vt quæ eius rugas/ cutemq; cancella-
tam subeat/ ac proboscide pro magnitudinis ratione
laniet. Coitus vero ac veneris coniugisq; mira est mu- Muscarum
coitus
scarum generi libertas ac mas quidem non protinus
gallinaceorum more adscensa femina desilit/ sed a femi-
na diu vehitur sponsum ferente/ simulq; coitum quen-
dam explent acrius haud quā volatu dispersæ. Adde
his qui relecto capite in reliquo corpore diu spirat ac
vivit. Quod vero maximum in earum natura est iam
iam dicturū sum. Et mihi quidem videtur Plato in eo

**Muscarū re-
gnatio atq;
imortalitas.**

Hermotim⁹

**Musca regi-
bus cōmūt.**

Musca scia

libro quem de anime immortalitate scripsit id solū pre-
termisisse. Mortua/n/ musca si cinere spargatur/reuiuit/
cit/eiq; regeneratio quedaz est/vitaq; alia instauratur.
vt iam dubitare nemo possit immortalem & muscis a
nimā esse. Quod si forte egressa anima redierit/corpus
ipsa suum agnoscit/demon suscitāt/ac muscam rursum
volucem reddit. Efficit deniq; vt non vsq; quaq; fallū
ac fabulosū id videatur/quod de Hermotimo Clazom-
enio scriptum est/videlicet animam ipsius a corpore
peregre proficisci / ac reuerti aliquanto post/corpusq;
illud suum implere denuo solitam/ac hermotimum ex-
uscitare. Iners vero ac ociosa quum sit ipsa/alieno tamē
labore eo cōgesta decerpit. Estq; ei instructa vbicq; mē-
sa/eiq; mulgetur capra. Nec magis hominū/q; muscarū
causa operatur apes ac mellificāt. Eidē obsonia a cocis
dulcia cōdiuntur/regibusq; ipsis preguſtat/regūq; mē-
sas ambiēs ac calcās cū eis vescitur/cūctisq; rebus pfuiſ-
ſe. Nidūz vero sedēq; sibi nō vno loco statuit /sed valatu-
cūcta Scytharū more per errās loca/vbiubi noctu depre-
hēsa fuerit/vbi focū sibi cubileq; facit. In tenebris nihil
(vt dixi) musca facit/neq; vnq; latet in opere/ aut turpe
aliquid oculta facit/qd in luce factū dedecus ei vllū cō-
tumeliāue pareret. Fabulatur vero femina quādā pul-
chrā admodū/faciūdāq; ac canorā olim muscā esse factā/
amasseq; endimiona/ac lunę emulā rivalēq; fuisse/atq;
inde quū adulescentē ipsū dormientē ridēs/cantāsq; ac
lasciuēs iugiter expergefaceret indoluisse quidē illum/
lunā vero iratā ob id eā in muscā cōmutasse/ac ppter
ea dormientibus omnibus/sed ephebis maxime/infan-
tibusq; tenellis etiaz dū inuidere quietē ac somnū/nēpe

Endymionis illius memorē. Eius vero morsus/ac san-
guinis desyderiū/non feritatis odijue/sed amoris atq;
humanitatis est argumentum. Fruitur enim specie q̄tū
potest/& ex ea aliquid deterpit. Fuit & rēporibus illis
priscis mulier quēdaz eius nominis/poetices studiosa/
pulchra admodum ac sapiens. Altera itē meretrix attica
cum primis nobilis: de qua & comicus hoc modo.

Musca momordit eum p̄cordia ad vsq;.

Sic itaq; venusta comēdia muscæ nomen/neq; auersata
est/ neq; e scena exclusit. Neq; vero patres quondā pu-
debat suas hoc nominæ filias vocare. Tragedia idcirco
& cum magna laude muscæ meminīt/vt his versibus.

Grave quidem est muscam vehementi impetu

In hominum corpora deuolare/vt cēde

Hostilem timere lanceam.

Poteram & alia multa de Pythagorica musca dicere nī

si nota omnibus esset historia. Sunt autem & maxime

quēdam muscæ/quas militares multi /alijs canes vocant/

bombo terribiles/volat uq; p̄celerēs ac viuacissimæ.

Quin & hyemem totam sine pabulo transigunt testis

occultræ. Quartū & admirandum illud subit/ q̄ vicissim

mares sunt ac femine/quemadmodum Hermaphrodi

tus ille Mercurij/ Venerisq; filius/qui & ipse gemina

natura/sexuq; ac forma duplici fuerit. Ceteruz & si alia

multa sunt/quę dici a nobis in p̄sentia de hac re pos-

sunt/finem tamen faciā/ne quis me forte putet elephan

tum (quod dici solet) ex musca facere.

Musca Py-
thagorica

Paremya

FINIS.

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

cum/vel potius naturæ miraculum/cum quæ imperiū
 vitia comitari solent. non modo ita refugerit / vt non
 inesse possint suæ reip. sed ne excogitari quidem. Qua-
 re beatum iudico eum/quem cuius studio incumben-
 tem degere in ea contigerit/sed beatissimum/quem lite-
 rariæ facultates exceperint/cum tot presertim / tantaq;
 vndiq; suppetant. affluantq; ad eam rem commoda/vt
 fingi fortasse plura possint/haberi certe nō possit. Vbi
 enim/vt alia omittam: tanta librorū copia/quantā post
 Gothicam ruīnam nunq̃ fuit: nec veteribus vero Ro-
 manis aut græcis florentibus in his/quæ extēt fuisse cre-
 di par est/cuz nouo hoc inuento carerent imprimendo-
 rum librorum: qui & pulcherrimi iam atq; emandatiss-
 simi prodire incipiunt. Aldi potissimum nostri opera:
 de quo illud habeo dicere/quod de porphyrio inquit. Aldi laus
 Simplicius/oīz bonorū nobis author. Ald⁹. vobis ve-
 ro illud mihi videor accommodaturus/quod Demosthe-
 nes/quē interpretaturū sumus. Atheniensibus protulit. Demosthenes.
 Ferte autem rogo æquo animo græcis me pauculis ver-
 bis vos alloqui. ὁ μὲρ οὐρ παρὼν κίρ' σὺ ἄνδρες ἐν τῷ
 τοῖ, μονονουχί φωνὴν ἀφ' εἰς λέγει, ὅτι τῶν ἐλληνικῶν
 ὑμῖν λόγων ἀντιληπτέον ἐστὶν εἴπερ ὑπὲρ εὐτυχίας
 αὐτῶν φροντίζετε hoc est/præsens itaq; tempus o vñf
 Venetī quasi emissa voce pronūciat capeffendas esse
 vobis græcas literas/si quid de felicitate vestra cogita-
 tis. nam vt Vergilianum quoq; carmen in vos transfe-
 ram. Via prima felicitatis/quod minime remini: graia
 pandetur ab vrbe: Expergiscimini igitur iam & capefci-
 te græcas literas vltro sese vobis offerentes. Dixi.

¶ Luteciæ in officina Gormontiana
 Nonis Octobris .M.D.XVII.

REMIGIVS RVFVS CANDIDVS
humanissimo ac doctissimo viro IOANNI
LALIRIO. S. P. D.



EMPESTIVE SIQVIDEM
ac per opportunæ venisti doctissi-
me Ioannes/nobis videlicet τὸν
κολοφῶνα addentibus emendatio-
ni elegantissimi libelli Plutarchi
Chæronæi/Cui titulus est de exi-
lio/Quem ab Roma nuper ab me
misit doctus vir Ioannes Carduinus amicus meus in-
teger. Hūc itaq; ne sine chartaceo aliquo numere ab-
scedas/tibi offerimus/dicamusq;. Opusculū, sane p exi-
guum est/verum sententiarum gravitate amplissimū;
quodq; variantis fortunæ fluctibus agitatū hominē
per humane soletur/moneatq; minime conquerendū
de patriæ exilio/relegatione/aut bonorū proscriptio-
nibus/quæ plus solati; atq; gloriæ plerūq; afferunt /q̃
detrimenti aut molestiæ. Quandoquidem Themisto-
cles relegatus maiorem sibi gloriā apud barbaros cō-
paravit/q̃ cum suis. Et Demetrius (Phaleraeus qui decē
annos Atheniēsis præfuerat) exul apud Alexādrīā/
inter amicos Ptolomei principatū tenens: non modo
in oī rerum copīa vixit/sed & Atheniēses muneribus
amplissimis decoravit. Adeo commendabile fuit anti-
quis illis exiliū: vt illud vel sponte quæsierint. Thuci-
dides. Xenophon. Thimæus. Androtion. Bacchi;

lides. alijq; innumerí. qui animi sui excellentia γινῶντι
γῆς cōmutates/exilium quasi viaticum quodā putaue
runt. Cæterū huic adi; cere placuit Luciani muscæ enco
míum/a Nicolao Beraldo vtriusq; linguæ/citra liuorē/
doctíssimo nuper latinum factum. Nam quum verte
bat prelo commítebam/hanc tu pro merculis/illís pa
latinis / vti sunt puellares pupę / alueolí / turb ines /
verticili / crepítacula / fritilli / períscelides quibus se
alienigenæ Parísíjs fuisse p lerūq; testantur/dono tuis
dabis. Nam & si eborea /marmorea/ aut aurea nō sūt/in
geniosior tamen q̃ vel Callicratis formicæ/vel Myrme
cidis quadríga/aut nauisapiculæ pēnis obtecta. Hæc tí
bí patriā repetēti ne solus sis socia erit/quippe ne solus
qdē est quem musca comitatur. Vale. Et grau íssimo iur
isconsulto/& iudíci equíssimo/Guillelmo Ciro/Soces
ro tuo me plurimum commanda. Parísíjs nonís
Octobris.M.D.XVII.